

1197

D O G M A T I C I.

1198

Subscriptum Codici: *Explicit liber primus Sententiarum editus a fratre egidio de Roma ordinis, re-*

Non videat Christum qui

Typis editum Venetiis a. 1492. 1521. et 71. testatur *Offingerus* in *Biblioth. Ord.* p. 244. Sed et in reliquos III. *Libros* commentatus est *Noster*.

DXII.

U. 315 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 275. f. max. per duas columnas luculente exaratus et coloribus illustris hanc in Theca præfert Notam: *Hunc librum testatus est vniuersitati Honorabilis Vir Magister Johannes Geus de teynigen (Palatinat. super.) doctor sacre theologie, Reseruandum tamen in Libraria Collegij ducalis quousque vniuersitas propriam librariam habeat. Cuius animam huius libri usum habentes deo sinceris precibus recommendent. Qui obiit in die sancte asre. Anno Domini 1440. relictis quibusdam lucubrationibus, quas in his Commentariis recensui, ut Indices docent. Jam ad ipsum Codicem. Inest ei, ut e calce adsumo: Quartus liber super sententias editus a fratre Richardo de media uilla de ordine fratrum minorum. Ingreditur is: Innoua signa et immutabilia. glorifica manum et brachium dextrum &c. et concludit: si quid tale inueniretur in libris meis quod non credo paratus essem humiliter retractare. Ita habetur etiam*

Denis Codd. Theol. V. II. P. II.

liqua erasa et rescriptum: *Iste liber fuit emptus pro XVI. Florenis.*

librum subtrahit istum.

am in Edit. Venet. 1489. f. et pluribus aliis jam Sec. XV. curatis. Accedit *Quaestionum Elenchus* rursus subjecto nomine Auctoris, cuius *Quodlibeta* retuli Vol. I. P. 2. col. 1244. *Doctoris Solidi, Copiosi, etiam Fundatissimi et Autorati* *Elogia* tulit hic *Anglus de Middletown in Sorbona*, et circa an. 1300. vivendi finem fecit teste *Waddingo, Oudino, Fabricio, Tannero*. Ejus commentaria in omnes IV. *Sententiarum*. Libros totidem *Tomis* lucem videre *Brixiae* 1591. f.

DXIII.

U. 408 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. nunc 173. f. per duas columnas difficili calamo scriptus et coloribus distinctus, donatusque olim inter vivos Collegio Ducali a M. *Andrea de Pottenprun* Theol. Prof. et D. *Stephani* Canonico, qui inter annos 1469—76. bis *Academiae* Rector praefuit, exhibet I. ut e calce adsumo, *Summam sententiae editam a fratre iacobo de losanna quondam prouinciali francie. Sententiarum* dicendum erat; sunt enim *Stricturae* in omnes IV. *Petri Lombardi* Libros hoc initio: *Cupientes &c. In libro primo suo magister premitit probemium et diuidit in quatuor partes in quarum prima ponit*

F

(ur)

(ur) excusatio auctoris in secunda reprehensio detractoris &c. et fine: que sunt de fine mundi in quarto libro uia duce id est christo. En Scriptum, quod solertissimos O. P. Bibliothecarios fugit, qui quidem T. I. p. 548. *Lecturam Jacobi nostri Tomasnam super Sententias* excitant; verum non nisi in L. *primum Parisiis* extare ajunt. Neque illa nostra est, ut ex initio differenti liquet, nisi dicas *Jacobi Praefationem* e Codice nostro excidisse, quod non videtur. Obiit ille a. 1321. postquam in Provincialatu successisset *Hervaeo Natali*, quem in Codice praesenti successorem habet.

II. fol. 61. Hic incipiunt concordantie doctorum fratris thome in summa et in aliis operibus. Praeit laus D. Thomae: *Veritatis et sobrietatis verba eloquor. Verba sunt doctoris gencium s. pauli apostoli et habentur act. 26. et possunt accipi in persona venerabilis doctoris scilicet fratris thome &c.* Quod cum ostendisset, concludit: *Sed dicere potest aliquis, si talis est fratris thome doctrina, quomodo in multis a quibusdam collectis articulis continet repugnantia et videtur implicare contradictionem? Huic questioni qui voluerit satisfacere potest predictos articulos sicut infra ponuntur concordare.* Sequuntur igitur ordine Librorum *Articuli centum*, eorumque Conciliationes, quibus ad calcem additi sunt *Articuli 220. contra fidem catholicam.* Extat T. XVII. edit. Rom. inter Opuscula D. Thomae adscripta n. LXXII. unum

De Concordantiis, in quo concordat seipsum; sed incipit: Pertransibunt plurimi &c. et ab Ord. Bibliothecariis T. I. p. 342. spurium judicatur. Norunt hi Viri T. cit. p. 595. e *Cod. Victorino* etiam nostrum; haerent tamen non minus me de ejus Autore, promittuntque se de eo inter *Anonymos Sec. XIV.* acturos, fidem vero non liberant.

III. fol. 79. ut e calce praecipuo: *Fratris Eruei magistri ordinis predicatorum. et magistri in theologia Secundum Quodlibet.* Init: *Circa nostrum quodlibet querebatur. Vtrum sit aliquid commune deo et creaturis et postea querebantur quedam propria deo deinde quedam propria creature &c.* Succedit et *Quartum Eiusdem Quodlibet* hoc initio: *In nostra generali disputatione querebantur quedam pertinentia ad ens commune enti increato et enti creato &c.* E IV. magnis *Quodlibetis* haec sunt, quae fine VII. *Parvis* jam a. 1486. lucem viderunt *Venet. per Rayn. de Novimagio* f. et mihi adjacent. Utriusque Index in Codice praesto est ad calcem. De *Hervaeo Natali Britone* XIV. Ord. Praed. Magistro gen. qui a. 1318. decessit, agunt Bibliothecarii *citt. T. I. p. 533.*

IV. fol. 145. *Dissertatio philosophica, cujus initium: Cum in his que sepius occurrunt exercitatio ingenij sit necessaria, quarundam propositionum communium intellectum ediscere cupientes, quantum paupertas nostri ingenij valuit,*

uit, dignum duximus insistendum. Igitur de *Actione et Passione*, de *Causa et Effectu* &c. Terminorum scholasticorum expositio sine Autoris nomine.

V. fol. 148. Tabula five, ut in fine, *Concordantie super totam sententiam fratris thome super 4^o scripta sententiarum et super summam contra gentiles secundum ordinem alphabeti*. Item peculiaris *Tabula S. Thome super 4^o Scripta sententiarum*.

Anteriori Codicis Thecae praetexta est Membrana Tractatus cujusdam Rabbinici de Architectura eleganter scripta, in qua excitatur רב נירל Wolfio ignotus, fortasse *Geraldus*, aut *Giraldus* aliquis *Italis*, et רב חיים בר יוסף, qualem igitur non confinxit *Plantavitius*, ut idem censuit *Wolfius Bibl. Hebr. T. I. p. 366.*

DXIV.

U. 438

Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 184. f. partim lineis longis, partim per duas columnas exaratus, et rubricis distinctus, olim *Collegii*, ut in Theca postica notatum, *Rubeerose* Varia completitur hoc quidem ordine: I. ut e calce adsumo, *Summam sententiae editam a fratre iacobo de losanna quondam prouinciali francie*, eandem scilicet et eadem prorsus ratione, ut in superiori *Codice*. Adjecit minio quidam: *Hac lectura usus sum anno &c. (14) undecimo et utar pro sequenti si deo placuerit, cui sit gloria in eternum*. Sane prudenter; mihi enim semper ab-

sonum visum est, quemvis novum Doctorem ad compilandas novas Praelectiones aut adigi, aut admitteri.

II. fol. 75. succedunt Conclusiones IV. *Librorum Sententiarum* hoc ingressu: *Ad preces studentium dum essem lector in monte pessulano et ut fratres pauperes sub compendio sententias haberent librorum sententiarum*, Ego frater Jo. de fonte ordinis fratrum minorum per modum conclusionum sententialiter distinctionem quamlibet ejusdem voluminis recollegi. Et primo quovis libro subdens conclusiones in quibus magister a doctoribus non tenetur. Initium: *Veteris ac noue legis. Dist. I. habet X. conclusiones. Prima est quod tractatus sacre pagine &c. Finis Libri IV. agentes gratis de sua liberatione visa in priorum ineffabili calamitate. De Autore, ut etiam alibi dixi, nihil mihi constat, nisi Gal- lum fuisse.*

III. fol. 100. Prolusiones II. *Academicæ*, in principio Praelectionis *LL. Sententiarum* III. et IV. habitae *Viennae*, prior quidem in Quaestionem: *Vtrum Lex dei increata sit cuiuslibet alterius legis regulativa?* Altera in Quaestionem: *Vtrum Lex sacramentorum per christum hominem ecclesie concessa sit humane nature lapsu reparatiua?* In utraque Prolusione Autor concurrentes suos in *Lectura Sententiarum* vocat *M. Vtricum de Patavia*, qui jam a. 1415. *Academiae Rector* praefuit, et *Johannem de Basilea O. P.* quem in secunda *Priorem Conventus ad-*

F 2

pel-